



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni

Bolland, Johannes

Antverpiae, 1648

Alia Vita Auctore anonymo, Ex eiusdem Ecclesiae veteri MS.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9573

ALIA VITA

Auctore anonymo,

Ex eiusdem Ecclesie veteri MS.

*Siue, Gesta Domni LIBORII Ceno-
manicæ vrbis Episcopi, qui fuit
temporibus Constantini & Va-
lentiniani Imperatorum.*



*S. Liborius
struit 17. ec-
clesias,*

*de quibus ce-
ram oleumq[ue]
matrici ec-
clesie pendit
iubet:*

a

b

c

Liborius natione Gallus, suc-
cessorq[ue] B. Pauacij Ceno-
manicæ vrbis Pontificis; qui
& post eius obitum electus à
populo & sacratus est Episco-
pus. Sciauit enim in rebus Ecclesiasticis, prout
melius potuit, oppidò Deo vulgò placere. Qui
& remunerationem ex hoc magnam, & co-
ronam gloriæ percipere meruit. Hic fecit ec-
clesias per diuersa loca in ipsâ parochia xvij.
Ex quibus census ad matrem Ecclesiam ciui-
tatis, cui præerat, censuit soluere ad luminaria
in ipsâ ecclesiâ continuanda, tam ceræ quàm
& olei, siue custodibus trientes; id est, de
a Colinno ceræ lib. j. olei ij. item j. Item de
b Siluiaco, ceræ lib. j. olei ij. item j. de c Rodacio
ceræ lib. j. olei ij. Item j. de c Campo Genesto-
so

so ceræ lib.j. olei ij. Item j. de Conedaco ceræ
 lib.j. olei ij. Item j. de Aciaco ceræ lib.ij. olei
 iij. Item j. de *d* Aluncionno ceræ lib. iij. olei *d*
 vj. Item j. de Saugonnâ *e* ceræ lib.ij. olei iij. *e*
 Item j. de *f* Sabonarias ceræ lib.j. olei ij. Item *f*
 j. de Bonâ ceræ lib.j. olei ij. Item j. de Lucia-
 co ceræ lib.j. olei ij. Item j. de *g* Luduâ ceræ *g*
 lib. j. olei ij. Item j. de Marsone ceræ lib.j.
 olei ij. Item j. de *h* Poliaco ceræ lib.j. olei ij. *h*
 Item j. de *i* Maguto ceræ lib.j. olei ij. Item j. de *i*
 Nouiliaco ceræ lib.j. olei ij. Item j. de Com-
 nis ceræ lib.j. olei ij. Item j.

2. Fecit quoque iam dictus Pontifex Ordi- *sacros Ordina-*
 nationes xcvi. In quibus sacrauit Presbyteros *nes confert:*
 per diuersa loca ccxvij. Diaconos clxxxvj. Sub-
 diaconos xciiij. & reliquos ministros, quan-
 tum necesse fuit. Hic ergo in pace obiit v. Idus
 Iunij. Et sepultus à beato ac sancto Martino *sepelitur à*
 Turonensis Ecclesiæ Archiepiscopo, & à di- *S. Martino;*
 scipulis suis honorificè ultra fluuium Sarthæ
 in Ecclesiâ Apostolorum, quam Dominus &
 sanctus Iulianus dudum construxerat atque
 sacrauerat: in quâ & S. Pauacius antecessor
 eius, & S. Turibius antecessor S. Pauacij cor-
 poraliter requiescunt.

3. Sedit in prædictâ Sede iam dictus S. Li-
 borius annos vndequingenta, qui totis
 nisibus Domino dulciter in omnibus famu-
 lari studuit. Cuius post obitum, tribuente *post mortem*
 Domino, in eius nomine & in prædictâ eccle- *clarescit mi-*
 siâ iuxta eius sepulchrum innumerabilia eius *raculis.*

§8 VITA S. LIBORII PATRONI
dignis meritis claruerunt signa; cæcos videlicet innumerabiles illuminando, claudos restituendo, dæmonia eijciendo, leprosos curando, infirmos sanando, surdis auditum præbendo, & alijs multis atque innumerabilibus sanitatem largiendo. Nomina verò prædictorum debilium & infirmantiũ propter prolixitatem hîc non descripsimus: tamen tanta visa eius meritis sunt signa, quanta, vt reor, tres aut quatuor quaterniones non possunt capere. Petimus quoque, vt eius assiduis deprecationibus ab omnibus aduersitatibus fluctuantis seculi, siue à cunctis sceleribus nostris nos liberare dignetur Dominus, Amen. Suã ergo in vitã ostensa multa sunt suis meritis miracula, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria per omnia secula seculorum, Amen.

a *Coruasserius in Historiã Episcoporum Cenoman. ita hac effert: Fecit in diocesi parochias decem & septem, ex quibus censuit soluere ad luminaria Martiris Ecclesiæ certam ceræ & olei quantitatem, custodibus verò certos æris trientes. de Colinno. de Siluiaco, &c. Quadam vicorum nomina in maiorẽ Vitã cap. 4. n. 12. aliter paullo exprimuntur.*

b *Coruass. de Raudatio.*

c *Coru. Campogenestoso.*

d *Idem, Aloncionno.*

e *Addit idem, siue Sagomio.*

f *Idem, de Sabonarijs.*

g *Idem, de Ludinã.*

h *Idem, de Pauliaco.*

i *Idem, de Magnacio.*

ALIA